puer meus iacet paralyticus in domo. & male torquetur; &
ait illi ihs; ego ueniam & curabo eum; Et respondens centurio
ait; Dne non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed
tantum dic uerbo & sanabitur puer meus; Nam & ego homo sum
sub potestate habens sub me milites; & dico huic. uade. & uadit;
& alio. ueni. & uenit; & seruo meo. fac hoc. & facit; Audiens autem
ihs miratus e. & sequentibus se dixit; amen dico uobis. non in
ueni tantam fidem in isrl; Dico autem uobis. qd multi uen
ient ab oriente & occidente. & recumbent cum abraham &
isaac & iacob in regno caelorum; filii autem regni. eicientur
in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium;
Et dixit ihs centurioni; Uade. & sicut credidisti fiat tibi; & sa
natus est puer in illa hora; Et cum uenisset ihs in domu petri.
uidit socrum eius iacentem & febricitantem; & tetigit manum
eius. & dimisit eam febris; & surrexit. & ministrabat eis;
Uespere autem facto. obtulerunt ei multos demonia habentes;
& eiciebat sps uerbo. & omnes male habentes curauit; Ut
adimpleretur quod dictum est. per esaiam prophetam
dicentem; Ipse infirmitates nras accepit. & aegrotationes
portauit; Uidens autem ihs turbas multas circum se.
iussit discipulos suos ire trans fretum; Et accedens unus
scriba. ait illi; Magister. sequar te quocumque ieris;
Et dicit illi ihs; uulpes foueas habent & uolucres celi nidos.
filius autem hominis non habet ubi caput reclinet;
Alius autem de discipulis eius. ait illi; Dne. permitte me
primum ire & sepelire patrem meum; ihs autem ait
illi; sequere me. & dimitte mortuos sepelire mortuos suos;
ET ASCENDENTE EO IN NAUICULA SECUTI
sunt eum discipuli eius; Et ecce motus magnus factus e in
mari. ita ut nauicula operiretur fluctibus. ipse uero